



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

37 Appellare quando liceat à mala electione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

³³ Magis idoneus in scientia , cuius mo-
resignerantur, non autem est praeferendus
alteri minus docto , approbato tamen ,
quoad mores , immo est postponendus.
congreg. lacr. conc. super eo, cap. 18. sub tit.
eadem, & Patavin. quia per dictum decre-
tum cap. 18.

³⁴ Nulla † facultas data est examinatori-
bus in electione magis idonei , cui bene-
ficium est conferendum , sed ea ad solum
Episcopum spectat, ut per congreg. super
eo, cap. 18. in decis. sub tit. Barchinonen. que
incipit: sciendum, & alia sub tit. Paduan. que
³⁷ incipit: per decretum , licet enim concilium
non expreſſerit , † an vota examinatorum
palam, aut secreto dari debeant , magis ta-
men expedit , ut examinatores inter se sua
vota conferant, deinde notario jubeant,
ut in actis suis simpliciter scribat , Tertium
approbatum idoneum, Sejuncto reproba-
tum, ut Romæ fit, & ita tenet sacra con-
gregatio super eod. cap. 18. in decis. sub
verb. eadem, que incipit: licet concilium.
Bononia autem vota examinatorum per
fabas albas , & nigras secreto in pixi-
dem injiciuntur , indeque , apertis votis,
pronunciatur examinatus , approba-
tus , vel reprobatus ; & hoc modo ces-
sant disputationes , quæ alias quandoque
ex affectione oriri possunt. In Urbe ta-
men ob maximum concursum ad examen
confluentium , hic modus haud facile
servari potest , Verum extra Urbem puto
per secretos calculos licite vota cibrati
posse , non enim datur † appellatio à re-
³⁹ probatione examinatorum , sed dun-
taxat à mala Ordinariorum electione, ut
ibidem à congregacione fuit decisum ,
ut in decis. sub tit. Farsen. Legionen. Mars-
san. Cremonen. & ita procedit dicta const.

Pij V. quæ concedit appellationem à ma-
la electione illis , qui in concursu rejecti
fuerunt ab examinatoribus , ut in ead. con-
ficit. §. ut autem , quæ non habet locum in
beneficijs juris patronatus , ut fuit per ean-
dem sacram congregationem declara-
tum super eod. cap. 18. decis. sub tit.
Legionen. que incipit, constitutio Pij V.

Sed si collatores carnalitatis , aut alte-
rius humanæ passionis affectum , non ra-
tionis judicium sequentes , personis minus
dignis, postpositis dignioribus, parochiales
contulerint, † licebit rejectis prætententib-
us in concursu , se fore gravatos à mala
electione , ad superiores , aut Episcopos
viciniores , vel ad sedem Apostol. appella-
re , & de suo gravamine in novo examine
coram judice appellationis , vel de illius
mandato coram alijs examinatoribus edo-
cere , & tunc , qui magis idoneus judicatur ,
præfertur , ut in ead. decis. sub tit. eadem. &
Patavin.

³⁸ Collationes verò contra prædicti sacri
concilij decreti formam & tenorem fa-
ctæ, sunt subreptitiæ , & nullius roboris ,
vel momenti , nullumque tribuunt titu-
lum coloratum possidendi, dict. cap. 18.
sess. 24. & d. const. 32. Pij V. §. nos ad quo-
rum, & §. ut autem. Appellatio nihilomi-
nus non suspedit electionem , quominus
debitæ executioni demandetur , & sic pro-
visus, lite pendente , à possessione amoveri
non potest, dicto cap. 18. & §. hac tamen ,
ead. confit.

³⁹ Si verò parochiales sunt iuri patro-
natus laicorum , tunc non requiritur ex-
amen per concursum , sed est admittendus
ille , qui intra tempus à jure patronis
laicis præfixum ab ipsis patronis præ-
sentatus , ac ab examinatoribus fuit ex-

D d 2 amina-

